

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

40. Appius Claudius. Oratio Appij Claudij ad senatum. Eadem ex Græco  
expressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Nunc Latinæ eloquentiæ cunas videamus.

effet iræ plebis, in Patres flexit hominum voluntates.

Ciceron in  
Bruto,  
Eius temporis  
bus floruisse  
eloquentiæ  
vel illudin-  
dicat quod  
funebris lau-  
ritur, oratio  
nos aut ex-  
ornatus iuge-  
neris, iam  
interfacun-  
dia delicias  
numeratur  
author Ha-  
licar. l. 5.  
antiquit.  
Ro. ubi de  
Valerio ha-  
bet, 193, pse-  
tatuor id tū  
Cīmās, τον  
ἐπεράφιον  
τλιξην τε  
ἀντρό λέγον.  
Exstat eius  
oratio ex  
Halicar. l.  
4. p. 113.

Latini Oratores Ciceronis fermè omnes  
penicillo expressi.

## L. Junius Brutus.

**L** Junius Brutus Latinorum Oratorum principium tonebit, si non principatum. Quis enim illi poterit, aut celeritatem ingenij, aut vim dicendi defuisse, qui de matre ex oraculo Apollinis, tam acutè, arguteque coniecerit? qui summam prudentiam simulatione stultitiae texerit? qui potentissimum regem, clarissimi regis filium expulerit? ciuitatemque perpetuo dominatu liberatam, magistratibus annuis, legibus, iudicisque deuinxerit? qui collega suo imperium abrogauerit, ut è ciuitate regalis nominis memoriam tolleret, quod certè effici non potuisset, nisi effici oratione persuasum, Cicero in Brugo p. 396.

## Menenius Agrippa.

## CAPUT XXXIX.

**P**risa quidem, & horrida, sed ipso horrore veneranda exitit Menenij Agrippa facunda, qui paucos annos post reges exactos, cum plebs propè ripam Anienis ad tertium milliarium confidisset, eumque montem, qui sacer appellatur, occupasset, dicendo sanavit discordias. Exstat eius oratio sic à Tito Liui expresa.

## Oratio Menenij Agrippa.

Linius l. 2.  
ab urbe co-  
dita.

**T**Empore quo in homine, non ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit, indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore, ac ministerio ventri omnia quaerit; ventrem in medio quietum nihil aliud, quā datis voluptatibus frui: conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, ne os acciperet datum, nec dentes conficerent. Hac ira dum ventrem domare vellent, ipsi via membra, tortumque corpus ad extremam tabemvenisse, inde appauuisse ventris quoque, non segne ministerium esse: nec magis ali, quam alere eum, redde hinc in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, vigemusque; diuisum pariter in venas matrum concocto cibo sanguinem. Comparando hinc, quam intestina corporis sedatio similis

## Appius Claudius.

## CAPUT XL.

**A**ppius Claudius, C. P. App. N. Cæcus ille, ingenij tamen ut appare lumine praestitit, iuris & quæ, ac eloquentiæ consultus. Hic est, qui rerum gestarum gloria circumfluens, cum de Pyrrhi pace ageretur, lectica in Senatum delatus turpes pacis conditiones grauissima oratione discussit, quæ extat apud Plutarchum his verbis.

ORATIO APPII CLAUDII AD  
Senatum.

Πρότερον μὲν ἐργάται περὶ τὰ θυματα τὸν κλειναράς ἔφερον, ὁ Ρωμαῖος δὲ τὸν ἀρχματικὸν τὸν τυφλὸν ἔναντι, μὴ χωρέσθαι ἀλλ' αὐτὸν φύσηρα βελεύματα καὶ δόγματα ὑπέβλεψεν πάντα τὸν Ρώμην τὸ κλέος. πάγιος γάρ οὐδὲν ὁ προσδικαστής θρυλούμενός θεός τοις λόγοις, οὐδὲ εἰς ταῦτα ἔκεινος οὐδὲ Ιταλίαν σύμμαχον οὐδὲν οὐδὲν τοις Αλεξανδρεῖς, καὶ σωματικὴν νέοιν οὐδὲν τοῖς πατέσιν οὐδὲν αὐτούς τοις, οὐδὲν οὐδὲν τοῖς αὐτοῖς τοῖς Ρώμεσιν σύμμαχον αὐτοῖς περιτέλεσθαι. Ταῦτα μὲν τοι κενὴν ἀλαζονεῖαν καὶ κάρπους ἀποδέκιντο Χανᾶς καὶ Μαλακούδης τὸν δέ τοι Μακεδόνων λέπαις δεδιότες, καὶ τρέμοντες πύρην δε τοι Αλεξανδρεῖς δορυφόρων ἔνταγμα δεῖ πειθάσθαι καὶ θεραπεύειν διατέλεσθαι, καὶ τὸν οὐ βούδεν τοῖς στρατῷ μάλιστα Ελλησιν, οὐ φύγειν τοὺς ἐκτιναγμένους, πλαισιαῖς πετεῖν Ιταλίαν, ἐπαγγελλόμενος οὐκοῦ τὸν ἡγεμονίαν απὸ ταύτης τῆς διαδικασίας, οὐ μέρος μικρὸς αὐτῷ Μακεδόνες οὐδὲν πρέπει διαφοράζειν. μὴ τότον οὖν ἀπαλλάξειν νομίστε ποικιλούμενοι φίλοις ἀλλὰ ἐκεῖτες ἐπάξεσθαι, προταφρούσσαντας οὐδὲν τοῖς εὐηγγερεύσαντας, εἰ Γύρρος ἀπεισι μηδὲν τὸ ιστερικόν τοις Ρωμαῖοις ταραγτίνες καὶ Σαμνιτας. Quæ Latinæ sic reddo:

Eadem

## Eadem ex Greco expressa.

**A**ntea quidem cæcitatem meam molestè ferrebam, autem, autem dolce ad hoc oculorum incommodum non accessisse surditatem. Neque enim consiliorum, sententiarumque ignauiam, atque turpitudinem audirem, quibus Pop. Romani gloria brevi est interitura. Vbi vester ille omnia quotquot sunt mortalium aures peruagatus sermo, quo instabatis, illum Alexandrum Magnum, si in Italiam venisset, cum & vos atatis flore, & vestri parentes consiliorum vigore florarent, inueniūt ut pœdicatorum haud quam furtū, sed aut sua fuga, aut certe, quod grauius est, crurore vestri imperii nomen sancturum fuisse. Phalerata (ut apparet) verba suæ, inania veritatis, plenissima lactationis. Chaonas quippe, & Molosios perperuam Macedonum pœdam timeris, Pyrrhum exhorresciris, qui vnum aliquem ex ipsis Alexandri satellitibus semper affectatus, nunc non tam Græcis suppetias ferens, quam ipse domesticos hostes fugiens, circa Italiam diffusus vagatur. Scilicet isto vobis copiarum robore pollicetur orbis imperium, quibus particulam Macedoniæ seruare non valuit?

Nolite exstimate hominem, si semel placueritis, à vobis recessurum, quin potius hancilitate innumeros alios estis excitaturi, qui vobis tanquam mortalium contemptissimis insultent, cum præsertim Pyrrhus non modò post tot illatas iniurias impunè abeat, sed etiam mercedem à P. R. ferat, quod vos Tarentinorum, & Samnitium fecerit ludibrium.

His addit. Cicero C. Fabricium, qui est ad Pyrrhus de captiuis recuperandis missus Orator. Titum Coruncanum, quod ex Pontificum commentarijs longè ingenio valuisse videtur: M. Curium, quod dicit Tribunus plebis interrege Appio Claudio, Cæco, diserto homine, comitia contra leges habente, cum de plebe consulem non accipiebat. Patres ante autores fieri coegerit: quod fuerit permagnum, nondum lege Menia lata. Licet aliquid de Marci Popilij ingenio suspicari, cui cum Cos. esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carnementalis, plebis contra Patres concitatione, & seditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque, tum auctoritate, tum oratione sedavit.

## M. Corn. Cæhegus.

## CAPVT XL.

M. Cornelius Cæhegus amplissimis honoribus funeris, ut qui adolescentis, pœtis faciens est, & Consulatum gessit bello Punico II. anno ab urbe condita D.C. cum P. Sempronio Tuditano eloquentia laudibus floruit, de quo notissimi virtus Ennius.

Additur orator Cornelius suaniloquenti  
Ore Cæhegus Veterio colliga Philons  
Filiu, ut dictius illius popularibus clim  
Quisum inuehant homines, atque auctum agitabant,  
Flos delibatus populi, Suadegue medulla.

Vbi Cicero cum animaduertit dici oratores, & suaniloquentem, quod suis temporibus in plerisque nō tam fuisse afferit, qui latrare potius, quam loqui videbantur. Nec satis, ut hominis decus ingenium, sic ingenij ipsius lumen eloquentia, qua virum excellentem præclarum illi homines florem populi esse dixerunt, & quam Deam in Periclis labris scriptit Europolis sessitanisse, huius medullam Ennius Cæhegum oratorem esse dixit.

## M. Cato Senior.

## CAPVT XLII.

Quem virum ex Cicerone Dij boni i mitto ciuem, aut senatorem, aut Imperatorem oratorem enim hoc loco querimus. Quis illo grauior in laudando, auctor in vituperando, in lenitentijs argutior in docendo, edisierendoque subtilior? Referta sunt eius orationes amplius centum, & quinquaginta, & verbis & rebus illustribus. Licet ex ijs eligant ea, quæ notatione, & laude digna sint: omnes orationes virtutes in eis reperiuntur. Iam a vero origines eius, quem florem, aut quod lumen eloquentiae non habet? Amatores huic defunt, sicut multis iam antè seculis, & Philiste Syracusio, & ipsi Thucydidi. Antiquior quidem est eius sermo, & quædam horridiora verba haberet, ita enim loquebantur. Id muta, quid tum ille non potuit, & addere numeros, & aptior sit oratio: ipsa verba compone, & quasi coagula, quod ne Græci quidem veteres factauerunt, iam neminem antepones Catoni. Ornati orationes Græci putant, si verborum immutationibus rtaurant, quos appellant γένεσις & sententiazum,